



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. Varij modi supernaturales sanitatis impetrandæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

CAPVT XL.

Vigesima prima morborum causfa, vt per eos non solum ad supernaturalia remedia, sed etiam ad varia virtutum, & pietatis, ac religionis opera incitemur.

I.
S. Gregor. l. 1.
dial, c. 30.



S. Augustina
lib. 22. de ci-
uit. cap. 8.

Gregorius, cum ex eo quaereretur, Sanctine miracula virtute semper orationis impetrent, an aliquando etiam solo voluntatis exhibeant nutu? respondit: Qui deuota mente DEO adharent, cum rerum necessitas exposcit, exhibere signa modo utroq, solent, vt mira quaq, aliquando ex prece faciant, aliquando ex potestate. S. Augustinus plures modos indicat, dum ostendit, non tantum tempore Christi & Apostolorum, sed etiam postea, sanitarum miraculis, fidei nostrae mysteria fuisse confirmata: ita enim loquitur: *Etiam nunc sunt miracula in eius nomine, siue per Sacramenta eius, siue per orationes, vel memorias Sanctorum eius.* Nos ex supradictis plures modos enumerabimus, aut classes spiritualium remediorum, vt optio sit, pro cuiusque conditione, eligendi, aut exercendi, sanitatis impetrande gratia, pietatem.

II.
Supra cap 30.
S. 8.

S. Athanasia
vita S. An-
tonij.

Ephes. 6. 16.

1. Itaque supra docuimus, CHRISTVM plerumque fidem excogisse ab eis, qui sanari cupiebant. Immo hoc ipso, quia petierunt, crediderunt. Cur enim peterent id, quod fieri non posse crederent? Crediderunt ergo aliquam supernaturalem esse in Christo sanandi potestatem, siue simul, siue postea etiam crediderint conjunctam illi potentiae diuinitatem. Ne ergo morbus a sarana immitteretur, vel vt immissus excutiat, fortissimum antidotum est Catholica fides. Ita docuit Magnus Antonius, cuius ad fratres haec vox fuit: *Magna, dilectissimi, aduersus demonem, arma sunt, vita sincera, & intemerata in DEVM fides.* Fides, ne tela Orci vulnerent, scutum est, lorica est; medicina, si vulnerant. Istud Apostolus Ephesios docuit, his verbis: *Induite vos armaturam DEI vt possitis stare aduersus insidias diaboli, &c. in omnibus sumentes scutum fidei, in quo positus omnia tela nequissimi ignea extinguere, si quem ea iam incenderunt.* Sunt enim